Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



46

runt. Et de his quoque ipse posteri dictat. Hunc autem hoc quoque inesse relatiuis exposuit dicens. Relatiuis quoque ut simul sint. Nam cum duplum sit dimidium esse. Ceu dimidium duplum. Huius autem argumentum est quod uno empto duplo dimidium prius. Rursusque duplo constituto dimidium constituit. Igitur quum duplum atque medium relatiua sint et hec simul sint natura. i. ipsa essentia. Et manifestum est hoc quoque relatiuis accidere ut simul nata esse uideantur. Idque quoque est et uno eo quod est seruus et dominus. Nam quum alterius uncempius uitique deperit. alterum constituto uitique subsistit. stat seruum atque dominum cum sit adaliquod simul esse nata. Sed hoc ita sint quoque in relatiuis. Sed omnibus his que sunt adaliquod non equantur. Sed enim quedam relatiua quorum unum prius nata sit quod ipse rursus

Non autem in omnibus relatiuis adiecit. uerum uidetur esse simul nata. Scibile enim scientia prius esse uidetur. Namque in pluribus subsistentibus rebus scientias accepimus. In paucis enim et nullis hoc quisque reperiet simul cum scibili scientiam facta.

Proposuit non in omnibus relatiuis esse hoc ut uideantur simul esse nata. Hoc autem probat ex his quod quum scientia adaliquod est. Scibilis enim rei scientia dicitur. Non potest esse scientia nisi sit res aliqua quam scire possit. Hanc autem primam esse necesse est ut in matheseos disciplina. Scimus enim triangulum tres interiores angulos directis angulis habere. Vnde necesse est prius fuisse quod scire possit; postea uero ad hanc rem aptam fuisse noticiam. Atque hoc est quod ait. Namque in pluribus subsistentibus rebus scientias accepimus. Prius enim rebus constitutis et quasi propositis scientiae ratio sequitur. Quare non est in omnibus relatiuis simul esse nata. Nam cum scientia et scibile relatiua sint. antiquius est scibile quam scientia. Quod uero inposuit. In paucis enim et nullis hoc quisque perspiciat simul cum scibili scientiam facta tale est. Quasdam namque res aliquis sibi ipse confingit. ut chymeram et centhaurum. et alia huiusmodi quae tot sciunt cum ea sibi animo finxerint. Tunc autem esse incipiunt quando prius in opinione uersantur. Tunc quoque sciunt cum in opinione uersata sint. Et hec simul habent esse et scire. Nam quum in opinione nascuntur mox esse incipiunt. Sed cum in ratione sibi tot eorum scientia capitur. Igitur mox ut fuerint mox sciunt. Et est